



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

26. Januarij. Abstinerere à litibus non solùm liberale est, & Christianâ pace dignum, sed & fructuosum. S. Ignat. vitæ l. 4. §. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

reque infestius cupit, nocturnum tempus maxime observat. S. Ignat. in Exercit.

Illud vigiliam inter & somnum quasi crepusculum, ut dubiæ lucis, ita dubiæ voluntatis tempus, opus habet custodiâ, ibi velut ex insidiis aggreditur hostis è somno excitatum, ut ex improvise figat aculeum.

Miser diabolus! aperto Marte congregi veritus, latebras quærit; ut fur, noctem observat. Quid ages? solâ contra hunc furem opus est vigilantia, fugit, si se sciat observari.

Diei primitias occupat; ut enim dimidium facti, qui bene cœpit, habet; sic à malo, quod absit, diei principio, ægre melior exitus posset expectari. Prima debentur Primo.

Quàm sollicitus in nostri ruinam est dæmon? dies illi non sufficit, noctes addit, præoccupat vigiliis. Væ segni, & in aurem utramque sine sui cura, sine superûm præsidiis, dormienti !

26. Januarij.

Abstinere à libus non solum liberale est, & Christianâ pace dignum, sed & fructuosum. S. Ignat. vitæ l. 4. §. 7.

SI quam rerum temporalium jacturam virtutis amore feceris, solet eam Dominus abundè compensare. Melior est pugillus in pace, quàm thesauri cum jurgio. Quid juvat augere censum, & imminuere charitatem.

Difficilè est litem movere, nec violare charitatem. Ut aliena ametur iniquitas, non præcipio; solùm dico: nunquam ita odio habendam esse injuriam, ut illum, qui fecit, odisse liceat. Cave, ne indignaturus factis, simul & homini indigneris.

Minima charitatis jactura peior est quavis temporali; hæc enim præterit, illa manet: pro qua vitanda totius etiam mundi amissio toleranda foret.

Punctum est, pro quo tantopere certamus. Si lucra petimus, æterna quæramus. Quid litigamus pro re, cui opinio nostra pretium fingit meliùs, quàm facit.

27. Januarij.

Periculi plenum est, unã omnes viã cogere ad profectum; pejùs alios ex se metiri.
S. Ignat. in vita.

QUot homines, tot sententiæ, tot diversi vultus, tam variæ voces; ita, ut pro-